

To Be, or Not to Be Pardoned: Lucan's Play with Vergil's "*finis laborum*"
CAMWS 2021, Wolfgang Polleichtner, Tübingen

Texts:

1) Aen. 1.241b:	Quem das finem, rex magne, laborum?	
2) Aen. 12.880bf.:	possem tantos finire dolores	880
	nunc certe, et misero fratri comes ire per umbras!	881
3) Aen. 1.257-264: 'Parce metu, Cytherea: manent immota tuorum		257
	fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini	258
	moenia, sublimemque feres ad sidera caeli	259
	magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.	260
	Hic tibi (fabor enim, quando haec te cura remordet,	261
	longius et volvens fatorum arcana movebo)	262
	bellum ingens geret Italia, populosque feroces	263
	contundet, moresque viris et moenia ponet.	264
4) Aen. 12.932-936a:	'utere sorte tua. miseri te si qua parentis	932
	tangere cura potest, oro (fuit et tibi talis	933
	Anchises genitor) Dauni miserere senectae	934
	et me, seu corpus spoliatum lumine mavis,	935
	redde meis.	936
5) Aen. 10.824:	et mentem patriae subiit pietatis imago.	
6) Aen. 10.491-505a:	'Arcades, haec' inquit 'memores mea dicta referte	491
	Evandro: qualem meruit, Pallanta remitto.	492
	quisquis honos tumuli, quidquid solamen humandi est,	493
	largior. haud illi stabunt Aeneia parvo	494
	hospitia.' et laevo pressit pede talia fatus	495
	exanimem rapiens immania pondera baltei	496
	impressumque nefas: una sub nocte iugali	497
	caesa manus iuvenum foede thalamicque cruenti,	498
	quae Clonus Eurytides multo caelaverat auro;	499
	quo nunc Turnus ovat spolio gaudetque potitus.	500
	nescia mens hominum fati sortisque futurae	501
	et servare modum rebus sublata secundis!	502
	Turno tempus erit magno cum optaverit emptum	503
	intactum Pallanta, et cum spolia ista diemque	504
	oderit.	505
7) Aen. 12.945-952:	ille, oculis postquam saevi monimenta doloris	945
	exuviasque hausit, furiis accensus et ira	946
	terribilis: 'tunc hinc spoliis indute meorum	947
	eripiare mihi? Pallas te hoc vulnere, Pallas	948
	immolat et poenam scelerato ex sanguine sumit.'	949
	hoc dicens ferrum adverso sub pectore condit	950
	fervidus; ast illi solvuntur frigore membra	951
	vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.	952

8) Aen. 10.521-542:	inde Mago procul infensam contenderat hastam:	521
	ille astu subit, at tremibunda supervolat hasta,	522
	et genua amplectens effatur talia supplex:	523
	'per patrios manis et spes surgentis Iuli	524
	te precor, hanc animam serves gnatoque patrique.	525
	est domus alta, iacent penitus defossa talenta	526
	caelati argenti, sunt auri pondera facti	527
	infectique mihi. non hic victoria Teucrum	528
	vertitur aut anima una dabit discrimina tanta.'	529
	dixerat. Aeneas contra cui talia reddit:	530
	'argenti atque auri memoras quae multa talenta	531
	gnatis parce tuis. belli commercia Turnus	532
	sustulit ista prior iam tum Pallante perempto.	533
	hoc patris Anchisae manes, hoc sentit Iulus.'	534
	sic fatus galeam laeva tenet atque reflexa	535
	cervice orantis capulo tenus applicat ensem.	536
	nec procul Haemonides, Phoebi Triviaeque sacerdos,	537
	infula cui sacra redimibat tempora vitta,	538
	totus conlucens veste atque insignibus albis.	539
	quem congressus agit campo, lapsusque superstans	540
	immolat ingentique umbra tegit, arma Serestus	541
	lecta refert umeris tibi, rex Gradiue, tropaeum.	542
9) Aen. 10.739-746:	ille autem exspirans: 'non me, quicumque es, inulto,	739
	victor, nec longum laetabere; te quoque fata	740
	prospectant paria atque eadem mox arva tenebis.'	741
	ad quem subridens mixta Mezentius ira:	742
	'nunc morere. ast de me divum pater atque hominum rex	743
	viderit.' hoc dicens eduxit corpore telum.	744
	olli dura quies oculos et ferreus urget	745
	somnus, in aeternam clauduntur lumina noctem.	746
10) Aen. 10.812b-816:	nec minus ille	812
	exsultat demens, saevae iamque altius irae	813
	Dardanio surgunt ductori, extremaque Lauso	814
	Parcae fila legunt. validum namque exigit ensem	815
	per medium Aeneas iuvenem totumque recondit ;	816
11) Aen. 10.822:	ora modis Anchisiades pallentia miris	
12) Aen. 10.878-882a:	ille autem: 'quid me erepto, saevissime, nato	878
	terres? haec via sola fuit qua perdere posses:	879
	nec mortem horremus nec divum parcimus ulli.	880
	desine, nam venio moriturus et haec tibi porto	881
	dona prius.'	882
13) Aen. 10.901a:	nullum in caede nefas	
14) Aen. 10.906:	et me consortem nati concede sepulcro.'	

15) BC 2.511-514a:	scit Caesar poenamque peti ueniamque timeri.	511
	'uiue, licet nolis, et nostro munere' dixit	512
	'cerne diem. uictis iam spes bona partibus esto	513
	exemplumque mei.	514
16) BC 7.617f.:	inpendisse pudet lacrimas in funere mundi	617
	mortibus innumeris, ...	618
17) BC 7.630bf.:	mors nulla querella	630
	digna sua est, nullosque hominum lugere uacamus.	631
18) BC 7.599f.:	mors tamen eminuit clarorum in strage uirorum	599
	pugnacis Domiti	600
19) BC 7.603bf.:	tunc mille in uolnera laetus	603
	labitur ac uenia gaudet caruisse secunda.	604
20) BC 3.136bf.:	dignum te Caesaris ira	136
	nullus honor faciet.	137
21) BC 3.118f.:	usque adeo solus ferrum mortemque timere	118
	auri nescit amor	119
22) BC 4.344f.:	'si me degeneri strauissent fata sub hoste,	344
	non derat fortis rapiendo dextera leto;	345
23) BC 4.364bf.:	at Caesar facilis uoltuque serenus	364
	flectitur atque usus belli poenamque remittit.	365
24) BC 9.1061-1066:	quod te non passa est misereri, perfide, Magni	1061
	uiuentis! nec non his fallere uocibus audit	1062
	adquirisque fidem simulati fronte doloris:	1063
	'aufer ab aspectu nostro funesta, satelles,	1064
	regis dona tui. peius de Caesare uestrum	1065
	quam de Pompeio meruit scelus; unica belli	1066
	praemia ciuilis, uictis donare salutem,	1067
	perdidimus.	1068
25) BC 9.1088bf.:	sed parcimus annis	1088
	donamusque nefas.	1089
26) BC 9.980-986:	o sacer et magnus uatum labor! omnia fato	980
	eripis et populis donas mortalibus aeuum.	981
	inuidia sacrae, Caesar, ne tangere famae;	982
	nam, siquid Latiis fas est promittere Musis,	983
	quantum Zmyrnaei durabunt uatis honores,	984
	uenturi me teque legent; Pharsalia nostra	985
	uiuet, et a nullo tenebris damnabimur aeuo.	986

